

# MANVALE SACRARVM

CÆREMONIARVM,

IVXTA RITVM S. ROMANÆ ECCLESIAE.

In quibus omnis quæ ad usum divinis Cathedralium, Collegiarum,  
Parochialium, Secularium, & Regularium Ecclesiarum  
pertinent, accuratissime tractantur.

Opera R. P. MICHAELIS BAYLONII, quondam Latiniacensis; nunc  
verò Venerab. Eccles. Malleacensis Cathedralis, ac Regularis  
Ordinis sancti Benedicti, Magni Prioris.

Editio secunda, quæ verius prima, nam plusquam dimidia  
parte est aucta. Et addita est quinta pars loco  
Cæremonialis Episcoporum serviens.



LVTETIÆ PARISIORVM,

Apud IOANNEM BILLAINE, viâ Iacobæâ, sub  
signo sancti Augustini.

M. DC. XXXVI.

Cum Approbatione, & Privilegio Regis.





ILLVSTRISSIMO

A C

REVERENDISSIMO

CAROLO DE MONTCHAL

ARCHIEPISCOPO TOLOSANO.



VAS iterum infulas veneratur, Illustrissime Pontifex, tuis iterum accidit aris, tuum istud rei diuinæ promptuarium; cui & authorem te consilio; autoritate fautorem; parentem patrocinio præbuidisti: in quo & plurimos exhaustæ iam pænè ætatis labores posui, industriam omnem impendi; ingenium collocaui; quæ tua sunt sanè omnia, quia tui. Quid hîc porro videas quod tibi non vendicet, & nominis lumen, & Sacerdotii honor, & gloria potestatis? Hîc ille rutilat annulus, desponsatæ tibi in fide Tolosanae Ecclesiæ Sacramentum; hîc illæ mirabilium operum nitent chirothecæ; hîc trina eminent pastoralis tessera maiestatis, Mitra, Virga, Pallium; quibus, & sacerdotalis fortitudo, & pastoralis vigilantia, & potestatis indicatur plenitudo; quibus & Christi nomen asseris, & tueris Ecclesiam, & aereas potestates exturbas; qui-



# MANVALIS SACRARVM CÆREMONIARVM

PARS PRIMA.  
DE MINISTRIS, ET OFFICIARIIS  
*Ecclesie.*

---

CAPVT PRIMVM.  
DE MAGISTRO CÆREMONIARVM.  
ARTICVLVS PRIMVS.

*De eo in Ecclesijs Collegiatis.*

**I**NTER omnes ordinis Ecclesiastici ministros, quorum diuersitas decorem maximum Ecclesie militanti semper attulit, & affert, ad sanctum Dei cultum augendum, cleri in diuinorum officiorum studium iuuandum, nec non populi deuotionem excitandam; Magistri Cæremoniarum (quem deinceps Cæremoniarium vocabimus) multum prodest peritia. Parum enim est leges condere, nisi aliquis constituatur qui sua industria eas exacte studeat obseruari.


II. Igitur quilibet Ecclesie Rector, seu Superior, siue Decanus, aut Præpositus, aut Parochus, quocumque nomine vocetur quantum in se est, curet diligenter, vt ad tale officium, aliquis




D E

recitanda per Diaconum post Sermo-  
nem, & de forma indulgentiæ publican-  
dæ per Sermocinantem, ac Benedictio-  
ne danda per Episcopum post Sermo-  
nem.

- I. **S**tatim finito sermone, Diaconus qui cantavit  
euangelium, stans ante Episcopum capite incli-  
nato cantabit Confessionem in tono sequenti: &  
dum dicet *Tibi Pater*, & *Et te Pater*, si erit Ca-  
nonicus profundius inclinabit, si non erit Canonicus, genu-  
flectet.



Confiteor Deo omnipotenti, Beata



Mariæ semper virgini; Beato Michaëli



Archangelo; Beato Ioanni Baptista,

Ccccc

TABVLA PERPETVA.

DILVCIDE ORDINANS OMNES DOMINICAS ANNI, QVARVM

Officium difficile inuenitur tum in Breuiario, tum in Missali Romano, & quod etiam peritis in recitatione Diuini Officii negotium facessit, nisi aliquo directorio iuuentur, Ordinata à R. P. Ioseph Coquet Religioso strictioris obseruantiae Ord. SS. Trinitatis & Redemptionis Captiuorum.

Prima pars dat Sept. in Ian. & Feb.		Pascha in Mart. vel Ap. & hom. Dō. 1. Aug.   2. p.     3. p.							1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31	2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31	3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31	4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31	5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31	6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31	7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31	8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31	9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31	10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31	11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31	12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31	13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31	14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31	15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31	16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31	17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31	18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31	19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31	20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31	21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31	22 23 24 25 26 27 28 29 30 31	23 24 25 26 27 28 29 30 31	24 25 26 27 28 29 30 31	25 26 27 28 29 30 31	26 27 28 29 30 31	27 28 29 30 31	28 29 30 31	29 30 31	30 31	31
		Tertia pars Tabulae.																																					
3. Pars aliquando assignat quatuor tantum Dom.	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	31	Domin. 1. 2. 3. 4. & 5. Aug. quo ad 6. primas lectiones, & omnia Responsoria.																	
	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21		Dom. 1. 2. 3. 4. & 5. Septembris quo ad supra dicta.																
	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21			Dom. 1. 2. 3. 4. & 5. Octobris quo ad supra dicta.															
	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21				Dom. 1. 2. 3. 4. & 5. Nouembris quo ad supra dicta.														
	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21					4. Pars assignat Dom. 1. 2. 3. & 4. Adventus, & vltimam anni.													
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	Tabula literarum Martyrum, & Epilogorum.																		

Accipe quotannis ad legendum Martyrologium illam literam quae collocatur ad sinistram Epactae currentis, quae quidem Epacta reperitur in Tabula temporaria Breuiarij. Verum circa pronuntiationem Lunae aliquas obseruanda quae nimis esset tediosum afferre. Verbi gratia, In anno, quo currit aureus numerus 1. Luna in Calendis, &c. Ianuarii variè pronuntianda est. Sufficit literam currentem hic designare, remittendo lectorem ad explicationem huius materiae initio ipsius Martyrologii relatum, & ad librum nouae rationis restituendi Calendarij.

ANIMADVERSIÒ CIRCA HANC TABVLAM.

Vi probe hanc Tabulam semel conceperint poterunt sine eius expositione intra Breuiarium, Diurnale, vel Missale deferre; solummodo aduertentes Dominicas secundae partis (vel earum commemorationem, si duplici Officio impediuntur) propriis diebus celebrari, non autem infra hebdomadam, occurrente littera Dominicali g, vel a, & in anno bissextili gf, a g, vcl a. In super praedictis annis bissextis addendus est vnus dies ad eum qui designatur in Tabula pro Septuagesima.